

5.

Miscellen.**1. Ueber die Verbreitung der Beginen in Hessen und deren Grundsätze.**

Nos Fulradus archipresbiter Sedis in Fredeberg, Johannes pastor parrochialis Ecclesie in Grüningen, Dytwinus plebanus in Bettinhusin pro tunc kemerarius dicte Sedis recognoscimus et tenore presencium constare cupimus vniuersis, quod requisicione honesti viri dominj Hey. plebani Mynzhinb(ergensis) ad nostram necnon discretorum virorum dominorum Bertoldi primissarij Mynzhinb(ergensis) Heynr(ici) de Hulzh(eim) vicarij in Grüningin Cunradi dicti Rost Cûnradi campanatoris Johannis notarij dicti Opidi presenciam quedam venit mulier in habitu pycardorum et bekinarum a Sancta Ecclesia dudum reprobata, fassa, quod olym in tempore reprobacionis ipsius habitus perseuerasset sine mutacione nec non ipsum vellet mutare quoquomodo et si cremari deberet. Item fassa quod alias mulieres et iuenculas ad eundem habitum gerendum incitauerit dixitque, castitatis habitum illum esse ac sine eo nullus tenere posset votum continencie videlicet panno gryseo et albo, Similiter fassa quod in Ecclesia talium iuencularum crines absciserit atque diuersis doctrinis ipsas ad huiusmodi ritum et habitum gerendum instruxerit; ipsa autem requisita qua intencione et auctoritate illud faceret et vnde haberet dixit a deo se habere. Siquidem pro hiis vt videbatur erroribus et quibusdam aliis forsan increpacione quorundam postmodum iterum nobis presentibus aliisque fidedignis . . personis videlicet dominis Rûdolfo plebano in Beldirsh(eym) Wickero plebano in Hulzh(eym) Cûnrado de Oberinhobin milite Gerlaco de Lundorf Sculteto Mynzhinb(ergensi) Johanne Gelyn dicto Shwarzhen Scabinis ibidem venit dicta mulier dixit si quos articulos erroris habuerit agere vellet penitentiam ac fide data promisit instructionibus et iussionibus . . plebani sui necnon meis Fulradi et meis Dytwini prefatis in omnibus obedire et pro dicta rebellione seu inobediencia a dominis nostris Sancte Moguntinensis sedis iudicibus inpetrare beneficium absolucionis. Hiis enim minime expletis in dicta pertinacia fidei promissum non aduertens quod violauit loco iuramenti factum perseuerare non formidat. Et ut hec omnia clareant evidencius sigilla nostra precibus prenarrati dominj Hey.

plebani Mynzhinb(ergensis) huic scripto sunt appensa sub anno dominice incarnationis M^o CCC^o XLV^o.

Die im Archiv der Stadt Minzenberg in Oberhessen (Grossherzogtum Hessen) befindliche Originalurkunde ist mir von Sr. Erlaucht dem Herrn Grafen Fr. zu Solms-Laubach mitgeteilt. Die Siegel sind abgefallen. Die Urkunde selbst ist durchgerissen. Auf der Rückseite stehen von einer Hand des 15. bis 16. Jahrhunderts die Worte: „Hec litera continet varia nullius vtilitatis“, d. h. keine Aufzeichnungen über Güter und Renten. — Der in der obigen Urkunde genannte Pfarrer von Minzenberg hiess nach anderen gleichzeitigen Urkunden Heynemannus, so z. B. in einer von 1338, wo neben ihm Bertoldus capellanus prime misse und Theodericus et Arnulduſ vicarij eiusdem Ecclesie vorkommen.

Elberfeld.

W. Creelius.

2. Hieronymus von Prag in Köln.

In der ersten Matrikel der Universität Köln ist Hieronymus von Prag unter dem 2. Rectorat des Johannes Vogel (24. März bis Ende Juni 1406) eingetragen.

Die Rectoren wurden damals auf ein Vierteljahr gewählt. So war es Johannes Vogel schon im December 1405 geworden, wie die folgende Aufzeichnung in der Matrikel lehrt:

Subsequenter de Anno domini millesimo Quadringentesimo quinto jn sabbato ante vigiliam Beati apostoli Thome Ego Jo. Vogel electus fui in Rectorem apud predicatores Colonie etc.

Nach Ablauf der gesetzlichen Zeit wurde er wieder gewählt:

Aduertendum quod de anno predicto ¹⁾ die xxiiij. mensis Martij celebrata missa apud carmelitas fui iterato electus in Rectorem.

Unter den während dieses 2. Rectorates Immatriculirten steht zuerst Hieronymus von Prag:

Primo dominus Jeronimus de Praga magister in Artibus Parysiensis, soluit medium de quo Symon Bedellus habuit vnum album et sic remanserunt duo penes me.

¹⁾ D. h. 1405 oder nach unserer Zeitrechnung 1406; in Köln begann man damals das neue Jahr erst mit Ostern.